insisterent. si forte dominus alicui
reuelare dignaretur. quisnam ille
peregrinus fuerit qui eum a tanto peri
culo liberauit Reuelatum est illa no
cte epo quod btūs Andreas fuerit
qui ꝑ liberacōne epi se posuerit in
habitu peregrini Cepit igitur epūs
in deuocōne beati Andree magis
crescere: ac eum exinde i reuerentia
plus hēre Cum autē prepositus cuius
dam ciuitatis agrum sancti Andree ab
stulisset et ob hoc grauissimis fe
bribus orātē epo fuisset arreptus:
ille epm rogauit vt pro se oraret
et agrum sibi redderet Sz cum orante
epo sanitatem recepisset agrum ite
rum vsurpauit Tunc episcopus ora
cōni se dedit et ecce omnes lampa
des fregit dicens Hic lumen non
accēdetur. donec dn̄s se de suo ini
mico vidicz et ecclia rem quā ami
sit recuperet Et ecce prepositus iterum
grauissimis febribus laborauit.
Misitque nūtios epo vt pro se oraret
et agrum suum et alium similem sibi red
deret Cui cum epūs rnderet. iam orā
ui et exaudiuit me dn̄s. Ipse ad
episcopum se portari fecit. Et vt
ecclesiam intraret ad orandum
episcopum coegit Et dum episco
pus ecclesiam ingreditur ille subito
moritur et ager ecclie restituitur.
De sancta Barbara require in
fine.

De Nomine.

Nicolaus dr a nichos qd est vi
ctoria et leos qd est plus quasi vi
ctoria ppli. v. viciorum que populata
sunt et vilia. vel dr victoria ppli. quia
multos ppl'os vita et doctrina doc
uit vicia et pctā vincere Vel Nicolaus
a nichos qd est victoria et laus quasi
si victoriosa laus Cuius legendam
doctores argoliti conscripserunt.
Est autem argos secundum Ysidorum. ciuitas gre
cie. vnde argoliti greci vocantur Ali
bi quoque legitur quod Methodius patriar
cha eam grece scripsit quam Johannes
dyaconus in latinum transtulit et
plura addidit.

De sancto Nicolao

Nicolaus ciuis patare vr
bis ex diuitibus et sanctis
parentibus originem trax
it Pater eius Epyphanus mater
vero Johanna dicta est. Quem cum
in primeno iuuentutis sue flore
parentes genuissent. deinceps con
tinenter viuentes celibem vitam
duxerunt Hic prima die dum bal
nearetur erectus stetit in pelui. in
super quarta et sexta feria tm̄ semel vbe
ra sugebat Factus autem iuuenis
aliorum iuuenum deuitans lasciuias
ecclesiarum potius terebat limina et quic
quid ibi de sacra scriptura intelli
gere poterat. memoriter retinebat
Parentibus vero suis defunctis co
gitare cepit qualiter tantā diuicia
rum copiam non ad laudem huma
nam: sed ad gloriam dei dispensa
ret Tunc quidam conuicaneus
suus satis nobilis tres filias vir
gines ob inopiam prostituere cogitur:
vt sic infami earum cōmercio aleretur
Quod vbi sanctus cōperit. scelus abhor
ruit. et massam auri panno inuolutam
in domum eius per fenestram nocte clam ie
cit clamque recessit Mane surgens ho
massam auri repperit et deo gratias agens
primogenite nuptias celebrauit. Non
multo post tempore dei famulus sile pegit

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-147/0020
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG